

gibus *b* observabant, memoriae *c* mandarent: Athenienses vero ea, quæ in legibus scripta comprehendiſſent, custodirent.

b) etiam expreſſe conſtitutus, ac publicè latis.
c) non ſcriptura.

III. Alia diviſio juris, in mutabile & immutabile.

§. II. Sed Naturalia æquidem jura, quæ apud omnes gentes peræquè observantur, Divinâ quadam providentiâ cõstituta, ſemper firma atque immutabilia *b* permanent: ea verò quæ ipſa ſibi quæq; civitas conſtituit, ſæpè mutari ſolent, vel tacito *c* cõſenſu Populi, vel aliâ poſtea lege lata.

a) quæ hic accipienda ſunt, tum jus naturale ſpecialiter ſic dictum, tum etiam jus gentium, idque maxime primævum. ut patet ex ratione ſubjectâ. Ceterùm & accipiēda ſunt hæc eadem jura, quatenus aliquid præcipiunt: non quatenus aliquid permittunt, vel in medio relinquunt. fac. l. manumiffiones. 4 ff. de juſt. & jur.

b) maxime in totum. Ex parte enim, & quatenus additionem vel detraktionem patiuntur, l. juſ. civile. 6. ff. de juſt. & jur. mutabilia & iſtæ hæc dici poſſunt.

c) h. e. contrariâ conſuetudine. fac. l. quibus. 32. in ſſn. conjunct. l. ſed & poſteriores. 28. ff. de legib. Nec obſtat. l. 2. C. qua ſit long. conſ. quia illa loquitur de conſuetudine irrationabili: quippe quæ ibi non tantum legi, ſed & rationi, opponitur.

IV. Tranſitio: & propoſitio tripertita & tractationis inſequentis.

§. ult. Omne autem jus, quo utimur, vel ad Perſonas pertinet, *a*

a) ratione ſcilicet Subje. vel.